



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 119. Censuræ Pontificis contra Franciæ Clerum, & Ambasianum
Marescalum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

convocandam Synodum conspirasse, quam ut ipse, Julio deposito, in summum Pontificem eligeretur, quo velut luculento argumento morosa hujus Cæsaris indoles, ejusque insulsa ambitio comprobatur. Ceterum foederis pacta Regem inter Christianissimum, & Episcopum Gurcensem Blesis die decima septima Novembris firmata fuere.

Sæcul. XVI.
A.C. 1510.

*Marian. hist
Hisp. lib. 30.*

§. CXIX.

Censuræ Pontificis contra Franciæ Clerum, & Ambasianum Marescallum.

Attamen summus Pontifex summa prudentia præditus, quæ mala ex hoc foedere, ac Turonensibus articulis orirentur, facile prospexit, unde publice diris atque anathemate detestatus est omnes, qui Cleri Gallicani (*) decreto, quo Sedis Apostolicæ auctoritatem violatam Papa querebatur, obtemperarent; dein monitorium, ut vocant, contra Ferrariæ Ducem promulgatum, in excommunicationis sententiam commutavit, ac iisdem quoque censuris perstrinxit subsidiarias Galliæ copias, ac speciatim Ciamontium seu Calvimontium Marescallum, ac supremum

*Marian. hist.
Hisp. l. 30.*

*n. 15.
Bullar. in
Jul. II.
Const. 27.*

(*) *Mariana addit. impio.*

Sæcul. XVI. A.C. 1510. premium exercitus Ducem, necnon Joannem Trivultium, omnesque ceteros belli Præfectos, qui sub signis ac Franciæ stipendiis arma Italiæ intulerant, comprehensis etiam Episcopis, atque Ecclesiasticis, qui Cleri Gallicani conventibus, atque Synodo ibidem celebrandæ interesse præsumerent.

§. CXX.

Quinque Cardinales relicto Papa Mediolanum profugi.

Hæc Gallorum consilia adversus Pontificem agitata illius animum eo majori sollicitudine oppresserant, quo certius edoceretur, quod Purpurati quoque cum Gallis adversus illum conspirarent, atque eorum quinque, dum Papam Roma Bononiam comitarentur, ab eo defecissent, ac Mediolanum se se recepissent, eo quod aperte summo Pontifici adversari, firmo statuissent animo: Hi vero Cardinales nominabantur, Bernardinus Carvajalus; Franciscus Borgia Consentinæ Archiepiscopus; Rénatus de Prie Bajocensis Episcopus, Fridericus Sanseverinas, & Guilielmus Briffonetus Macloviensis Antistes, qui regnante Carolo VIII. plurimum auctoritate valebat. His Pontifex ad Lauretanam Domum divertendi copiam fecerat, ea tamen lege,

*Marian. l. c.
num. 4.
Raynald.
hos ann. n. 19*